



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

19. Aprilis. 13. Cal. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

19. Aprilis. 13. Cal. Maij.

**B.** BURCHARDE. Melliflui Magi-Floruis  
stri in Claravalle discipule: à quo anno  
tradita vitæ spiritualis semina in tales 1136.

fructus exuberavere; ut eundem ha-  
bueris fertilitatis tuæ laudatorem, ad  
te, dum Balermæ Abbatem ageres, sic  
scribentem. [Si laboravi in te, ut tu hu-  
militer memoras, non me piget. Ara-  
vi in spem profectò percipiendi fru-  
ctûs: & spes non confundit: & de fru-  
ctu operum meorum satiantur viscera  
mea in terra aliena: & sentio ipso meo  
experimento, semen meum non secus  
viam, non super lapides, non inter spi-  
nas, sed in terram bonam cecidisse.]

Hæc ille. *Tu fac, ô beate, ut semen Verbi* Semen  
*divini, quod ex lectione sacra quotidie in* Verbi  
*cor meum recipio, non suffocetur à spinis* DEL.  
*temptationum, non arescat in petra obdura-  
ti cordis: sed germinet ubertim, meis ri-  
getur lacrymis, & proferat fructum cen-  
tuplum.*

**B.** WERNERE, Prior Hemmen-  
rodensis: cujus in cœlesti patria felici-  
tatem DEUS beato Meynero revela-  
vit: dum is circa vitæ finem in extasim  
raptus, te inter alios ejusdem monaste-  
rij sanctos, cucullâ candidissimâ, & so-  
lem

*Obijt  
circa  
annum  
1191.*

N 5


lem

lem suo fulgore superaturá, amictum vidit; audivítque, singularem illum vestis gloriosæ splendorem esse præmium tui fervoris, quo minimas imperfectiones pari cum maximis diligentia fugisses. *Facilis est in majora lapsus, ubi minima contemnantur. Facigitur, ut tuá diligentia meos defectus observem; eos præsertim, quos malè minimos vocamus. Quomodo enim minimum sit, quodissimum Bonum offendit?*

Cura  
mini-  
morū.

S. BERNARDUS, ser. I. in Corr. S. PAULI.

Negle- *Cavete deinceps, ne quis parva repu-*  
ctus mi- *det, quamlibet parva scienter delin-*  
nimo- *quere convincatur. Nemo dicat in*  
rum, est *corde suo: levia sunt ista, non curó*  
gravís *corrigere. Hæc est enim impænitentia;*  
defect<sup>9</sup>. *hæc blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis.*



20. Aprilis. 12. Cal. Maij.

Obijt  
anno  
1240

**B** JOANNES: Episcopo Michelen-  
sis: qui ob vitæ insignem pietatem  
S. Ludovico Regi familiaris & charus,  
post expletos in munere pastorali plu-  
res annos, relictâ sede Episcopali, in  
Claravalle monachus, non sine sancti-  
tatis